



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Archdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

De Controversijs Polemicis, & Scholasticis, etiam modernis

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Approbatio Censoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40853

FACULTAS R.P. PROVINCIALIS.

Ego infra scriptus Præpositus Provincialis Provinciæ Flandro-Belgiæ Societatis Jesu, ex potestate mihi facta à R. Patre nostro Joanne Paulo Oliva ejusdem Societatis Præposito Generali, concedo facultatem D. Michaeli Knobbario Typographo Antverpiensi, imprimendi Librum cui titulus. *Theologia Tripartita &c. compositum à R.P. Richardo Ardekin ejusdem Societatis sacre Theologiae Professore, & à Deputatis Societatis nostræ Theologis examinatum, & approbatum. In quorum fidem has propriâ manu subscriptas, & officii mei sigillo munitas dedi Antverpiæ, 2. Octobris 1677.*

Ignatius Dietins.

APPROBATIO CENSORIS.

Liber cui Titulus est. *Theologia Tripartita &c. à R. P. Richardo Ardekin Societatis Jesu sacre Theologiae Professore compositus, continet non solidè tantum & orthodoxè. sed admodum clarè & nervosè per totum, illud cujus argumentum proponit non obscurè in principio; ut proindè typis iteratis ad communem tam Missionariorum quàm aliorum passim utilitatem merito evulgetur. Ita, attenta lectione præviâ, judico infra scriptus Librorum Censor, nil dubius, quin Opus hoc, notabiliter jam auctum atque emendatum, futurum omnino sit ex voto plurimorum. Author de cetero, quantâcunque Scientiâ præditus, suam hic modestiam religiosam singulariter probat, pariter & integritatem: etenim sollicita cum moderatione cohibet à scriptione acerba calumum, charitati non minus quam veritati consecratum. Faxit omnipotens & misericors Deus, ut ille laboris fructus in studioso Lectore, quos speravit, reporter abundanter: desiderio huic innixus, dabam præsentem perlubenter censuram, Antverpiæ 5. Octobris, 1677.*

Antonius Hoefflach Ecclesiæ Cathedralis
Canonicus Graduat.

SUMMA PRIVILEGII.

Caroli II. Hispaniarum & Indiarum &c. Regis Catholici, ac Serenissimi Belgarum Principis auctoritate cautum est, ne quis Librum cui titulus, *Theologia Tripartita, sive Resolutiones polemicæ &c. qui prodit auctior & emendatior, Authore R. P. Richardo Ardekin Soc. Jesu Sacre Theologiae professo- re. præter voluntatem Michaelis Knobbaert Typographi, in totum vel in partem proximo novennio intra has ditiones inferioris Germaniæ recudere audeat, vel alibi recusum in eas inferre aut divendere. Qui secus faxit præter exemplarium confiscationem, gravi pœna mulctabitur; uti latius patet in Litteris datus Bruxellæ, 20. Augusti 1677.*

Signat.

Loyens.

PARS